tus dū apud florentiā exiſteret: ⁊ rogaret a coſmo medico ciue flo
rentino baldaſarē ipm e carceribꝰ liberauit: q̄ ſtatim p̄ter ſpem om
nibus admiratibꝰ ad martinū ipm florentiā venit: ⁊ eiꝰ exoſcula-
to pede: vt verū xp̄i vicariū recognouit ⁊ ſalutauit. Martinꝰ au-
tem ea humilitate ꝑmotus poſt aliquot dies ipm in numeꝝ cardi
nalium aſſiſtēs eū tuſculanū creauit: quē poſtea eo honore hūit:
q̄ reliq̄s cardiales veꝝ poſt aliq̄t mēſes anī dolore vt credi poſſit
florētie defecit vbi ⁊ coſmo medico amātiſſimo ſuo honorificētiſſi
mo ſeplc̄hro ī diui ioā. ba. tēplo mag̃ adhibita funerꝫ pōpa ſeplt̄ꝰ ē

| | |
|---|---|
| Papa. 219 An. chriſti. 1415 | **M**Artinus pa. v. eiꝰ noīs p̄ria ro. ex illuſtri familia colūnien ſium natꝰ hoc āno in celebritate ſc̄ti martini ep̄i ex cardi- nali diacono in ꝯſtantienſi ꝯcilio oīm nationū ⁊ cardiali |

um ꝯſenſu pōtifex creatꝰ ſedit ānis. xiiij. ⁊ mē. iij. iuris pōtificij pe
ritiſſimus: ⁊ in oī vita integerrimꝰ vir: ob cuius integritatē et do-
ctrinam ac bonitatē atq̃ moderationē ex. xxxiij. cardinalibꝰ ꝑele-
fuit: q̄ in pōtificatu ꝯſtitutꝰ nō ſomno aut ocio: ſed negocio ⁊ ſolli
citudini deditꝰ oīa ad rē pōtificiā ꝑtinētia miro ꝑfecit mō: cuiꝰ ſer
mo cū breuis eſſet plenus ſentētijs in lucē ſemꝑ deducebat: verū-
tn̄ in rebꝰ adeo ꝓmptus erat vt res factas ꝑus hoīes cernerent q̄ꝫ
ab eo excogitatas putarēt: tali nāq̃ pōtifice indigebat eccl'ia dei:
qui petri nauiculā ſciſmatis ⁊ ſeditionū fluctibꝰ diu acriter quaſ-
ſatam redigere in portū ſalutis ſciret ⁊ poſſet: h igit̄ pōtifex creatꝰ
et factus: eo in ꝯſtātienſi ꝯcilio etiā ꝑ annū ꝑſtitit reipu. xp̄iane cō
ponēde cā: ſꝫ rebꝰ oībus optime diſpoſitis abſolutoq̃ ꝯcilio ī ita
liam ꝑ ſabaudiā venit: dū aūt alpes trāſiſſet: ⁊ in italiā deſcēdiſſꝫ
ꝓuanorū in pedemontiū vetuſtā ⁊ clariſſimā familiam ob virorū
ipſius p̄ſtantiā atq̃ vrbanitatē ꝑmo ī ſuā colūnieſiū familiā co-
pulauit atq̃ ipſiꝰ īſigne eidē familie ob ipſiꝰ benemeritū gerēduꝫ
ꝯceſſit. Indeq̃ abiēs mediolanū ꝑuenit vbi a philippo maria du
ce eiuſq̃ ꝓp̄lo ꝑbenigne magnificētiſſimeq̃ exceptꝰ: ibiđ ſacriſtiā
maiorꝫ tēpli ꝯſecrās mlt̄as īdulgētias ꝯceſſit: Brixiā q̄ꝫ vadēs a
pādulpho mala teſta ꝑncipeñ īferiori exceptꝰ fuit gl'ia. vbi int̄ du
cē p̄dictū ⁊ Pādulphū ipm: hac lege pacis federa ꝑcuſſit vt Pā
dulphus ipſe quot ānis tributo duci ꝑſoluto tādiu brixia potiret̄:
q̄ad ei viuere liceret: quā tū pacē pādulphus haud multo poſt di-
ſturbauit. Inde q̄ꝫ digrediēs ꝑ fines mantuanorū ferrarienſiū q̃
ac rauennatū florentiā tandē ꝑuenit vbi biennio ſubſiſtēs oēm ec
cleſie rē tā in tp̄alibꝫ q̄ꝫ ī ſp̄ūalibꝫ ꝑoptime cōpoſuit. Nā eccl'ia ip
ſa ꝓpter longū ſciſma oēm pene tp̄alem ditionē ꝑdiderat quā ibi-
dē cōmorāte martino in ſuā redegit ꝑtātē. Cōpoſitis itaq̃ ex ſnīa
rebꝫ martinꝰ cū bona florentini pp'li grā diſceſſurus: ciuitatē me-
tropolitāo honore exornauit eiq̃ volaterranā piſtorieſē ⁊ feſulanā

Prouanā familiā colūnēſē fecit

Indulgentias mediolaneſibꝫ cōceſſit.

Florētie ꝑ bienniū ſtetit.

Archiepm florentinis dedit.

eccl'ias ſubiecit. Abiens itaq̃ florentia romã tandẽ deſideratus ꝑuenit vniuerſa vrbe eidẽ obuiã effuſa: q̃ hominẽ nõ ſec⁹ ac oĩm parẽtẽ expectabat: vrbẽ igit̃ romanã põtifex ingreſſus adeo diruptã ⁊ vaſtatã inuenit ꝙ nullã ciuitatis faciẽ hr̃e videbat̃: naꝫ collapſe dom⁹ collapſaq̃ tẽpla cernebant̃: oĩa dirupta oĩa vaſtata oĩaq̃ lacerata ⁊ diſſipata erãt: ⁊ nõ mõ tẽpla/domus/vici/⁊ platee ac reliqua vrbis menia: ſed ⁊ ciuiũ mores atq̃ om̃e oĩno ciuitatis ornamentũ in ea deꝑditũ videbat̃. quã ob cãm põtifex pietate cõmot⁹ ad eam exornãdã cõponẽdoſq̃ mores ita animũ adiecit: vt breui conualeſcẽs meliorẽ faciẽ p̃ ſe tulerit: quã ob rem ciuitas ipſa nõ mõ ipſum ciuẽ ſuũ ⁊ ſũmũ põtificẽ: ſed optimũ patrie parentẽ appellauit: ⁊ inter cetera martinus ipſe porticũ ſancti petri collabentem in p̃mis reſtituit: ⁊ pauimẽtũ lateranẽſis eccl'ie ope vermiculato ꝑfecit: ⁊ teſtudinẽ ligneã ſuꝑinduxit. Edes p̃terea ad. xij. apoſtolos vetuſtate collabentes reſtituit. Id ipm̃ ⁊ cardinales oẽs ſuis in titulis certatim fecere. Demũ ſublatis penit⁹ ſciſmatib⁹ ſuperato ⁊ extincto apud aq̃lam brachio montono alijſq̃ tyrannis et viarũ latrõib⁹ ⁊ q̃ maxie tartallia lauello fugato: bohemis inſuꝑ hereticis ſedatis. Multis etiaꝫ cardinalibꝫ viris grauiſſimis creatis: ⁊ eccleſia vndiq̃ pacata põtificat⁹ ſui ãno. xiiij. ⁊ men. iij etatis vero ſue anno. lxiij. apoplexia rome moritur: ⁊ in conſtantina eccleſia ante capita apl'orũ ſepelit̃ ſepulchro eneo vniuerſo cetu romano comitãte ⁊ flente quo mortuo ſedes vacauit dies. xij.

*Mores cõpoſuit*

*Pr̃ p̃rie appellat⁹ eſt.*

*Tatallia lauell⁹ occidit.*

E Ugeni⁹ papa. iiij. eius nõis glorioſiſſim⁹ quidẽ natiõe venetus familia condelmeria vetuſta patre angelo gabriel religioſiſſim⁹ antea vocat⁹ hoc anno. v. nonas martij apd̃ mineruã rome poſt martinũ papam põtifex creat⁹ ſedit annis. xv. hic gregorij. xij. ex ſorore nepos canonicuſq̃ celeſtini habitus cõgregatiõis ſcti georgij in alga venetijs fuit. Primo q̃dem ipſius gregorij theſaurari⁹: deinde ſenenſis ep̃s poſtea cardinalis demũ pontifex fact⁹ nil eo honore elatior nulla in re priſtinã naturã mutauit: eadem certe humilitate eadẽq̃ continẽtia ⁊ auſteritate vite vixit q̃uis in initio ſui regiminis malis ꝯſilijs duct⁹ vari⁹ extiterit. cum eñ diuina humanaq̃ oĩa ꝑturbaret romanũ populũ ad arma ꝯcitauit: qui ipſius magiſtratibꝫ e roma pulſis nouos creauere romani itaq̃ ipũ pontificẽ mutato habitu cũ monaſtico cuculo fugere cõpulerũt: eũq̃ ꝑ tyberim fugientẽ lapidib⁹ ⁊ ſagittis ꝑſecuti ſunt. Cũq̃ florentiã petiſſet ibi ꝑ aliq̃d tp̃s ſubſtitit. quo ĩ tp̃e oĩa ⁊ bellis ⁊ ſciſmatib⁹ vbiq̃ p̃turbari cepta ſunt. Romani eñ ſublato clamore ad arma ĩ libertatẽ ꝯclamauere: ⁊ nouis creatis magiſtratib⁹ franciſcũ eugenij nepotẽ ⁊ eccl'iaſtice ditionis camerariũ capiũt: arcemq̃ ſancti angeli expugnãt: capitoliũ firmo preſidio muniũt: ⁊ ꝑ ſex menſes in libertatẽ ſe vendicãt: eo autem tumultu baſilienſe cõciliũ antea martini decreto inchoatũ augere ꝑ hyſpanie: gallie: pannonieq̃ regibus ceptum eſt: qui cõmunẽ reipub. xp̃iane gubernationẽ in arbitrio cõcilij reponebãt. Ad q̃d

*Pa. 220 an. chriſti. 1430.*

*Canonic⁹ celeſtini habitus fuit.*

*Põtifex fugit ⁊ ſagittis inſequit̃.*

*Cõciliũ baſilee*

quidem ɔciliũ eugeni⁹ bis terqȝ citat⁹ ire recuſauit:quã ob cauſã
eugenio pontificatu abrogato amedeus heremita olim ſabaudie

*Dux ſabaudie fit pontifex*

dux pontifex delectus ẽ:eugeni⁹ aũt indignatiõe ꝑmotus cumin
ter karolũ francoꝝ regem:⁊ philippũ burgũdie ducẽ pacẽ cõpo-
ſuiſſet Delphinũ karoli regis filiũ cũ magno comitatu in baſiliẽ-
ſes ɔcitauit:cui⁹ impetu ille ɔuentus ſtatim diſſipat⁹ ẽ:quãuis ꝓ
mo cõprobaſſet ꝓpter qḋ infinita ſubſecuta ſũt mala.ferũt autem
hunc eugeniũ p̃ter põtificis dignitatẽ mirũimmodũ amaſſe bella

*Oriẽtalis et occidẽtalis eccleſie vnio*

verũ poſtea ad ſe reuerſus prudẽti⁹ ⁊ cõſtanti⁹ egiſſe.vñ ⁊ cõciliũ
florentie habuit in q̃ orientalẽ eccl'iam cũ occidẽtali maxio cũ ipẽ
dio ⁊ labore vniuit:vbi ⁊ ioãnes paleolog⁹ ɔſtantinopolitan⁹ im
perator:⁊ ſu⁹ p̃iarcha cũ ep̃is archiep̃is ac ingẽti doctiſſimoꝝ vi

*Multe nationes*

roꝝ atqȝ nobiliũ toti⁹ grecie ĩterfuerũt:q̃ oẽs ſũptib⁹ romani põ-
tificis ac romane eccl'ie enutriti ac in greciã reportati fuerũt: coqȝ
in cõcilio affuerunt:⁊ armeni/ethyopes/georgiani/iacobite/ libi
am/aſiãqȝ incolẽtes:atqȝ alij ex aſia minori ponto videlȝ cilitia/
ſyria/⁊ aphrica q̃ oẽs fidei catholice ro.eccl'ie ſe tãdẽ ſubmiſere ac
humil'r ſubdidere:idẽqȝ ſigiſmũdũ ceſarẽ ꝑbenigne rome exceptũ
imperij corona ĩſigniuit. Philippũ mariã mediolañ.ducẽ tñ quo
ad vixit inimiciſſimũ habuit a quo ⁊ ꝑ nicolaũ piceninũ ⁊ frãciſcũ
ſfortiam adeo bellis vndequaqȝ vexat⁹ fuit vt vix ei reſpirãdi fa-
cultas daret.bona tñ multa vrbi ɔtulit:maximeqȝ circa vaticanũ
quia erarij officinã ⁊ aream palatij inſtaurauit:ac vrbis vias mul
tis in locis ſtrauit ac lateranẽſe palatiũ reſtituit iuxta qḋ monaſte

*Canonici regulares.*

rium dignũ iãdiu cõditũ inſtaurauit:in quo pulſis canonicis ſe-
cularibus:regulares canonicos ſub regula diui auguſtini nupri
me excitatos ex friſonarie loco lucẽſis agri accitos introduxit:ba
ſilicam q̃ȝ ſancti petri:⁊ ei⁹ ſacriſtiã multa ſuppellectili donauit.
Religioſos oẽs ſub regularib⁹ inſtitutis viuere volẽtes mirũimmo
dum dilexit ⁊ p̃uilegijs alijſqȝ gratijs plurimis iuuit:alijs q̃ȝ gra
tijs auxit:gymnaſia oĩm q̃ȝ diligẽtiſſime fouit:⁊ in oẽs liberalis:

*Hic viros doctos fouit.*

et potiſſimũ doctos fouit:quoꝝ familiaritate:licet ipſe modice lit
terature delectatus ẽ:⁊ lȝ vnq̃ȝ ad ꝑdiſcendã aliquã ꝑticularẽ lit-
teraturã animuȝ adiecerit:doctores tñ eccl'ie ⁊ oratores atqȝ hy-
ſtoricos libros ita aſſidue legebat vt ſubtiliſſimo ingenio oẽs ĩtel

*In turcos miſit.*

lexerit.hic vladiſlaũ polonie regẽ cũ iuliano ceſarino cardinali in
turcos miſit q̃ cũ.xxx.milibuſ apud andrinopolim cecidere. Erat
itaqȝ eugeni⁹ h aſpectu angelic⁹ oĩ veneratiõe dignus:grauis ſꝑ
⁊ moderatus in dicẽdo:parcus in victu ſuo:ſȝ in familia ſplẽdid⁹
familiares habuit doctos viros ⁊ ſctĩtate ꝓbatos:quoꝝ opa ĩ re-
bus arduis vtebatur.vnũ in eo rep̃henſibile fuit ꝙ anatas oĩm be
neficioꝝ poſt bonifaciũ nonũ ⁊ ipſe ɔfirmauit q̃ in hodiernũ vſqȝ
diẽ ꝑſeuerare cernim⁹. Obijt aũt ãno a natali xp̃iano.1446.vij.
kl'.martias etatis ſue.lxiiij.quo q̃dẽ anno beatũ Nicolaũ de tolẽ-
tino in ſctõs retulit ɔfeſſores:eo itaqȝ mortuo in beati petri baſi-
lica ſepelitur ſepulchro marmoreo cum hoc epitaphio:videlicet

Eugenius iacet hic quartus/cor nobile: cuius
Te ſtantur vite ſplendida facta ſue.
Iſtius ante ſacros ſe prebuit alter ab ortu/
Alter ab occaſu ceſar vterqꝫ pedes.
Alter vt accipiat fidei documenta latine:
Alter vt aurato cingat honore caput.
Quo duce ⁊ armenij graiorum exrta ſecuti
Romanam agnorunt ethyopeſqꝫ fidem.
Inde ſyri ac arabes/mundiqꝫ e finibus indi.
Magna ſed hec animo cuncta minora ſuo.
Nam valida rurſum teucros iam claſſe petebat/
Dum petit aſt ipſum ſuſtulit atra dies.
Qui ſemꝑ vanos mundi conſcripſit honores:
Atqꝫ hac impreſſa condire duxit humo.
Sed non quem rubro decorauerat ille galero.
Non hoc franciſcus ſtirps ſua clara tulit:
Suſceptiqꝫ memor merito tam nobile qđ nunc
Cernis: tam preſtans ſurgere iuſſit opus.

Felix papa.v.eiꝰ noīs natiōe Sabaudieñſis amedeus here Pap. 221.
f mita antea vocatꝰ: āno dñi.1438.die.xvij. nouēbris euge An. chriſti
nio pōtifici a baſilieñſi ꝯcilio philippi ducꝭ ꝓcuratiōe diſpo 1438.
ſito ⁊ ī ſciſmate pōtifex electꝰ: ſedit ānis.ix. q̄ creato e veſtigio ma
gne ſeditiōes in eccl'ia dei exorte ſunt: cuꝫ xp̄iāna reſpublica trifa
rie diuiſa ſit: aut Felicē aut Eugeniū ſeq̄ref: eſſetqꝫ q̄ neutrales vo
carenf: qꝛ neutri obtparēt. Hic itaqꝫ felix primꝰ ſabaudie dux fuit
q̄ ꝑus comites appellabanf: ⁊ a Sigiſmūdo ceſare titulo ducatꝰ
obtēto. Cū ānis ferme.xl.pꝰ p̄rem ꝓuincie gubernacula tenuiſſet:
aucto p̄rno īperio: parta vndiqꝫ pace: ac demuꝫ relictis ꝑncipatꝰ
gl'ie faſtibꝫ ī eremū ſe recepiſſet cū ſex viriſ eq̄ſtris ordis: etate etiā
ꝓuectis: mūdo ⁊ pōpis eiꝰ renūciaſſet: ad ripalie locū tāq̄ꝫ ꝑadiſū
delitiarū ſibi delegit. Cūqꝫ eo in ſtatu vitā celibē in terris ageret:
a baſilieñſi cōcilio pontifex electꝰ fuit: barbā totōdit quā antea nu
triuerat. Ducatū ꝑmogēito ſuo tradidit: eccleſiaſticas cerimōias
didicit. Stipatus magna nobiliū caterua baſileā p̄rexit: vbi inter
duos filios egregia facie adoleſcētes tāq̄ꝫ romāe p̄ſul eccl'ie coro
natus ē. Celebrauit ſepe diuina: bn̄dixit plebibꝫ: officia curie ordi
nauit. Cardinales doctrina ⁊ aucte p̄ſtantes aſſumpſit. Uerū cuꝫ
pacis ⁊ humilitatis amator exiſteret: mortuo Eugenio pontifice
ilico nullis pulſatus precibꝰ/ Nicolao eius ſucceſſori humaniſſi
me ceſſit: relicto nomine pape/cardinalatus honoreꝫ retinuit. In
patria ſua legatum de latere creauit. Deficiēs demuꝫ in ſenectute
bona. fuit autē clariſſimus ꝑnceps p̄teri genus ⁊ ſue elegātie for
mam: ac regiam dignitātē ⁊ promptā eloquentiā. manibꝫ integer
vita ⁊ religiōe ſanctus: in ſubditos clemēs: in bello magnanimꝰ:
⁊ in omnes iuſtiſſimus: ac demū nimiū felix: ſi ſenium ſuum eccle
ſiaſticis titulis nō fedaſſet.

papa.222. anno chri⸗sti.1447

N Icolaus papa ei⁹ nois ntus: natione genuensis: patria Sarzanēsis: Thomas antea vocatus: p̄re Bartholomeo chirurgico: humili familia natus: hoc anno Eugenio pō⸗tifici oīm suffragijs pōtifex creatus: sedit ānis. viij. Uir certe tāto p̄ncipatu ꝯdignissimus ꝛ q̄ȝ necessari⁹: oīmq̄ȝ litteraꝝ scientissimus ac virorum doctoꝝ obseruantissimus: quos vndiq̄ȝ ꝑquisiuit: eos quoq̄ȝ semꝑ vbicunq̄ȝ ꝛ pecūia ꝛ beneficijs mirifice iuuit. Qui cū oīm pene virtutū ornatissimus haberet̄: ꝛ in oūm hoīesq̄ȝ beneme ritus: vno eodemq̄ȝ anno ꝛ ep̄atus ꝛ cardinalatus ac pontificat⁹

Uide rē di uinaȝ p̄ter cōsuetudi nem.

munus maxima cū oīm pace ꝛ admiratione adeptus est. Qui cuȝ pontificatū inijsset (preter oīm spem) oēs mūdi p̄ncipes cuȝ esset ꝛ cōsilio ꝛ virtute illustris: in oibus habuit fauorabiles ꝛ obsequē⸗tes. Cuius rei gratia ꝛ Felix pōtifex ꝑmot⁹ aniaduertēs id a deo factū fuisse: e vestigio ad tollendū omne scisma pōtificatu se spōte abdicauit ꝛ ꝑ oratores suos eū pontificē verū salutauit: Quapꝓꝑ Nicolaus hic visa hoīs humāitate: statim galeꝝ cardinalat⁹ eidē solēniter trāsmisit: atq̄ȝ Sabaudie ꝛ Germanie toti⁹ eū legatū ex

Ducē sab⸗ audie car⸗ dinalē ꝛ le gatū creat

latere creauit: ꝛ q̄cquid in pōtificatu sanciuerat aꝓbauit. Qua q̄dem cōcordia adeo nō mō letat⁹ est populus romanus / sed etiā to tus mundus a tanta seditiōe liberat⁹. Nicolaus vero ne ingratus deo tanti beneficij videretur / supplicationes admodum celebres

Supplica tiones pro gratijs ei⁹

cuȝ populo ꝛ clero habuit: idē ꝛ oēs italie populi effecere. Ea igit̄ gratia ꝛ auctoritate pōtificis populi ꝛ p̄ncipes ꝑmoti / ad bella iā diu cōcitati aliquādiu substitere. Et Fredericus iā diu Romano⸗rum rex creat⁹: vna cū Leonora cōiuge sua noua pro corona acci⸗

Fredericū cum vxore coronat

pienda Romā concessit: ꝛ ab ipso coronam ꝛ nuptiaꝝ benedictio nē accepit. Mlta.n. hic gl'ios⁹ pōtifex ī vrbe ꝛ extra edificia magni ficētissima edificauit ꝛ q̄ȝmaxime in vaticano pontificale palatiuȝ sumptuosissime extruxit: ꝛ muroꝝ ingentē molem ibidē inchoauit q̄bus coerceri hostes possent: ne pōtificis edes diripere possent. pā theon quoq̄ȝ qd̄ sancta Maria rotunda vocatur / plūbeo tecto re

Edificia eius

stituit. Tēplū etiā scti theodori a fūdamētis erexit: ac scti Stepha ni eccl'iaȝ restituit. pōtē miluiū ꝛ vrbis menia instaurauit: ac vrbis vicos vbiq̄ȝ ferme strauit. Habent̄ adhuc multa ipsi⁹ vasa aurea ꝛ argētea: necnō ꝛ cruces multe gēmis ornate: ac sacerdotalia ve stimenta auro ꝛ argento intexta: que ei⁹ magnificentiā oībus ostē dunt: librosq̄ȝ ꝑpulchros infinite multitudinis: cum adhuc īpri⸗ mendi ars non prodijsset exscribi fecit. Huic autem plures q̄ȝ vlli

Libroꝝ co pia.

mortaliū dedicati fuer̄t libri. Elemosynas ī pauperes ꝛ virgines erogauit: ꝙ exꝑs auaritie oīno esset. Grat⁹ erga se meritos: iusti⸗ cie pacisq̄ȝ amator atq̄ȝ auctor ꝛ ꝯseruator fuit. Jubileū hūit per⸗ maximū q̄rtū. beatū Bernardinum canonizauit. ꝛ oīa ꝓspera ei⸗

Sctm̄ ber nardiū ca⸗ nonizauit

dē successerūt. Tādē cū captā a turcis Cōstātinopolim audiuisset dolore animi q̄ plurimū cruciabatur: modica febre sauciatus dieȝ clausit extremū: quē in beati petri basilica sepelierūt. Cuius sepul chro tale Epitaphium inscriptum habetur:

Hic ſita ſunt quinti Nicolai pōtificis oſſa
Aurea qui dederat ſecula roma tibi
Conſilio prudens: virtute illuſtrior omni:
Excoluit doctos doctior ipſe viros.
Abſtulit errorem: quo ſciſma infecerat orbem
Reſtituit mores: menia: templa: domos:
Tum bernardino ſtatuit ſua ſacra ſenenſi
Sancta iubilei tpa: dum celebrat:
Cinxit honore caput: federici coniugis auro:
Res italas icto federe cōpoſuit:
Attica romane complura volumina ligue:
Prodidit: en tumulo fundite thura ſacro.

Pap. 224 An. chriſti 1455

c Calixt⁹ pa. iij. hui⁹ noīs cathelan⁹ patria valentinus patre ioanne viro nobiliſſimo nat⁹ alphonſus borgia antea vocatus Nicolao pōtifici oīū ſuffragiis iā decrepit⁹ hoc āno ſuffectus ſedit ānis. iij. ⁊ men. iij. Magni ꝯſilij vir ⁊ excellētiſſimi aī decorat⁹ ⁊ vtriuſq; iuris pacut⁹ doctor atq; regis alphonſi prius pcipu⁹ ſecretari⁹: q pōtificatu ſuſcepto vt an deuouerat bellum in turcos ſtatī indixit: ⁊ ad id pficiēdū p vniuerſū orbē xpianū pdicatores miſit q xpianos i eādē expeditionē aīarēt: ⁊ cū ſuis opibus adiuuarēt: e qbus elemoſynis. xiij. triremes pmuz edificauit: ⁊ in hoſtes p patriarchā aqlegiēſem ibidē pfectū ſtatī miſit: q cū illꝰ toto triēnio turcos acriter vexauit ⁊ magnas clades illis intulit: ⁊ eorū multas inſulas cepit. Alphōſus vero rex ⁊ lodouicus burgundiorū dux plīmū aīati in eā expeditionē ſe ituros ſpopōderūt: ſed ſuorū regnoꝝ voluptatib⁹ irretiti: tantā tāq; ſanctā rem omiſere. Hec idcirco Calixt⁹ hic optim⁹ pōtifex lrīs ⁊ nūcijs eos ⁊ reliquos chriſtianorū pncipes n ceſſabat ad hmōi rē pneceſſariā adhortari: cui⁹ rei cā etiā ſacerdotib⁹ oīb⁹ celebrātib⁹ mādauit: vt orōnē contra paganos quotidie i miſſa decātarēt: vt de⁹ aſſiduo rogatu flecterek: voluit qz vt in meridie ſonū campanis darēt ſicut i ſero ad ſalutationē vginis marie: vt ea orōe eos adiuuaret q ꝯ turcos cōtinue dimicabāt. ea etiā de cā trāſfigurationis dñi nři ieſu xpi feſtū ⁊ officiū ordinauit: iuſſitq; illō cū idulgētijs illꝰ celebrari: ſicut ſolennitatē corpis xpi: ⁊ ꝓpterea legatos ad vſumcaſſanū armenie ⁊ pſarū regē: cū multis ⁊ magnis muneribꝫ miſit vt eū in turcos excitarēt: cui⁹ plana pſuaſione magnas eiſdē plagas intulit. Hic btm vincentiū cathelanū ſuū compatriotā ordinis pdicatoꝝ: ⁊ beatū Edimūdū anglicū in ſanctos retulit ꝯfeſſores: hui⁹ inter cetera pcipua laus fuit ꝙ elemoſynas paupib⁹ ⁊ dei ſeruis libenꝰ ⁊ freqnter dabat virgineſq; paupes maritis cū dote collocabat. Nobiles etiā ad inopiam redactos ſuis impenſis pro poſſe iuuabat omneſq; ad ſe veniētes mira benignitate ⁊ beniuolētia cōplectabak: ⁊ eorū pces libēt p poſſe exaudiebat: deniq; moriēs cētū ⁊ qnquaginta milia nūmū aureoꝝ quos in turcos cōquiſierat reliqt: cui⁹ funus in beati petri baſilica templo rotundo ſepelitur.

Orōnē cōtra paganos dici mādauit.
Aue maria in meridie pulſari iuſſit
Offm trāſfiguratōis ordinat
Sctm vincentium et edimūduz canonizauit.

P Ius pa. ij. eius noīs natiōe ethruſcus patria ſenenſis eneas ſiluiꝰ antea vocatꝰ poeta egregiꝰ: p̄re ſiluio nobili ſatis familia picolominea natꝰ: hoc anno calixto pontifici ſurrogatus ſedit annis. v. mē. xj. ꝛ dieb. xxvj. breuis quidē pontificatus ſed ingens gloria fuit: vir plane omni laude dignus: vtpote eruditiſſimꝰ/eloquētiſſimꝰ/copioſiſſimꝰ ac fortitudis/ ꝛ prudētie ſingulariſſimꝰ q̄ nō ad ociū nec ad ſegniciē: ſed ad res agēdas: et quidē maxias vocatꝰ maieſtatē pōtificiā augere viſus ē ꝑ q̄ neq̄ reges aut duces aut ꝑl'os atq̄ tyrānos vllos formidaſſe compertū eſt: imo ſi q̄s delinquētes vidiſſet ꝛ bello ꝛ cēſuris tādiu ꝓſequebaꝛ quo id vſq̄ ad ſanitatē rediſſe agnouiſſet: ꝛ ꝓpterea ludouico Frācoꝝ regi aduerſariꝰ extitit: q̄ libertatē eccl'ie ſuo in regno minuere tēptaret: borſio eſtenſi cognomiato: eo q̄ ſigiſmūdo malateſte: ꝛ rebꝰ gallicis ꝯ ferdinādū faueret. ſigiſmūdū auſtrie ducem q̄ in cardinalē ad vincula petri aiaduertiſſet diris execratiōibꝰ pſecutꝰ ē: mogūtinū inſup antiſtitē male de eccl'ia romana ſentientē ſede deiecit ꝛ alteꝝ eiꝰ loco ſuffecit. benauentanū q̄3 archiepiſcopū ꝯ eiꝰ volūtatē res nouas molientē: ꝛ bonauētū gallis ꝓdere volentē archiep̄atu ſūmouit. Multaſq̄ cāpanie vrbes ī ptātem eccl'ie redegit: nil regib: nil ppl'is timore vel auaritia vnq̄ cōceſſit: eccl'ie inimicos veluti hoſtes publicos ꝯſtāter ꝛ intrepide ꝓſecutꝰ ē: amicos aūt humaniſſime ꝛ officioſiſſime ſemꝑ adiuuit. h̄ ꝓmo ſui pōtificatus āno mātue ꝯuentū ꝓ fide xp̄iana habuit: ꝛ in eo pncipes oēs ꝯgregauit vt turcis bellū indicerēt: ſ3 fruſtra id fuit: ea q̄ppe de cā inumerabiles viros ex hyſpania/ gallia/ germania in italiā ꝯuocauit: q̄s dū ipſe pōtifex anchonā ꝓficiſcereꝛ inuenit quoꝝ magnā ptē ꝛ maxie germanoꝝ cū bñdictiōe apl'ica in patriā remiſit eo q̄ minꝰ idonei viderētur: fuit aūt pius h̄ pōtifex imprimis vt ſupꝰ mōſtratū eſt: ſtudioſiſſimꝰ ac doctiſſimus hō ꝛ doctorū viroꝝ amātiſſimus ꝯtinentiſſimeq̄3 vite ꝛ ocij ac diſſidie inimiciſſimus: ſtatura breui: facie ſenecta ꝛ ſerena canoq̄3 capite. qui tandē anno etatis ſue. lxiiij. cū anchone eſſet cū inumerabilibꝰ populis ꝓficiſcereꝛ lenta febre ꝑcuſſus: diē clauſit extremū: cuiꝰ funus romā delatū ī baſilica petri apud altare ſancti Andree ſepulchro marmoreo ꝯditū eſt: cui tale epitaphiū inſcriptū ē: Pius ſecundus pōtifex maximus natiōe tuſcus p̄ria Senenſis gēte picolominea ſedit ānis. vj. breuis pōtificatus: ſ3 ingēs gl'ia fuit: ꝯuentū xp̄ianū mātue ꝓ fide habuit. oppugnatoribus romane eccleſie intra atq̄ extra italiā reſtitit: Katherinā ſenenſem iter ſcōs xp̄i virgines retulit: pragmaticā in gallia abrogauit. Ferdinādū aragonenſem in regnū ſicilie ciſ fretū reſtituit: rē eccl'ie auxit: ꝛ fodinas inuēticias alumīs apō tolphā inſtituit: cultor iuſticie ꝛ religionis amator admirabil' eloq̄. vadēs ī bellū qd̄ turcis īdixerat anchone deceſſit: ibi ꝛ claſſem paratā ꝛ ducē venetoꝝ cū ſuo ſenatu militonē xp̄i hūit. Relatuſq̄3 ē in vrbē patꝝ decreto ꝛ h̄ ꝯditus: vbi caput andree apoſtoli ad ſe, ex peloponeſo aduectum collocari iuſſe

Francorū regē ꝛ ferrarie ducē ac ſigiſmūdū mala teſtaꝫ cōpeſcuit.

Cōuētum mantue habuit.

De eiꝰ doctrina ꝛ moribus

Huiꝰ epithaphiū vide.

Katherinā de ſenis canonizauit

rat. Hic toto ſuo põtificatu cardinales.xij.veteribꝫ addidit: vrbē
romā etiā multiſ edificijs exornauit: ꝛ tibure arcem extruxit.

Aulus papa.ij.huiꝰ nõis patria venetꝰ prē nicolao matre papa.225.
p polisena natꝰ petrus barbo antea vocatꝰ: eugenij pontifi- anno .xpi
cis ex ſorore nepos: hoc anno pridie kl' ſeptēb. ex cardiali 1464.
ſancti marci pio põtifici ſuffectꝰ ſedit ānis. vj. ꝛ men.x.magni cer
te animi magneqꝫ prudētie vir: corpꝰ habens magnū ac maieſtati
pontificij dignū: q̄ pontificatu adepto mox eiꝰ maieſtatē tū auctē
tūqꝫ armis augere conatus eſt. nā ꝛ duo bella toto ſuo põtificatu
in italia ſuſcepit: q̄ nulla re prius bello repetita/ſed īſidijs pmo i-
choata poſtea deſeruit. Tolphā em̄ veterē obſidens ꝛ oppugnanſ Tolpha
ſupuenientibꝫ regijs copijſ q̄ cū vrſinis militabant: cum adhuc.lx. vrbs
paſſuū milibꝫ abeſſet repente obſidionē ſoluit: ꝛ locuꝫ deſeruit: eo
etiā mō robertū ſigiſmūdi malateſte filiū aggreſſus eſt: q̄ cū arimi A roberto
nū aliquādiu oppugnaſſet: ꝛ aliq̄ eiꝰ ſuburbia tormētiſ laceraſſet malateſta
ab regio ꝛ florentino exercitu fuſus atqꝫ fugatus obſidionē ſolue fuſus fuit.
re coactus eſt. cū aūt põtificatū inijt ſtatim oēs abbreuiatores q̄s
pius pontifex pdeceſſor ſuus īſtituerat abrogauit ꝛ exauctorauit:
ꝛ canonicos regulares e ſctō ioāne laterano a calixto põtifice pul Canōicos
ſos reſtituit. multa apud ſctm̄ Marcū ꝛ ī vaticano extruxit: q̄ vi- regulares
ri magnificētie dignitatē pre ſe ferūt. fuit inter cetera iuſtus ponti pulſos re-
fex: ꝛ pauperū pſertim cardinaliū epōꝝ principū ꝛ nobiliū virorū ſtituit.
amator: quos vna cum virginibꝫ viduiſ ꝛ egrotis ꝓprijs pecunijs Amator
frequēter iuuabat. eiuſqꝫ pcipua cura ſemꝑ fuit: vt oīa ad victū ne pauperū
ceſſaria vrbi nō deeſſent. ſed in h̄ aliq̄ꝫtulū reprehēſibilis fuit: qꝛ in
colligēdis pecunijs ꝛ iocalibꝫ precioſiſſimis nimiū diligēs extitit.
ꝛ imperio cū oīa ageret odioſus oibus erat. Deniqꝫ decē cardina-
libus creatis inter quos frāciſcus a ruere ſaonenſis vnus fuerat
ꝛ cū ānos plurimos viuere ſibi perſuaderet: Anno ſalutis noſtre
1471. v. kl'. auguſti hora ſcda noctis: cū eo die letū cōſiſtoriuꝫ ha
buiſſet: ꝛ iocūdiſſime cenaſſet apoplexi correptꝰ vitā cū morte mu
tauit: cuiuſ corpꝰ cū in vaticano ſepulture traditum eſſet ſedes va
cauit dies.ix. Cui ꝛ poſtmodū incredibile ſepulchrū marmoreum
a ſuis nepotibus cardinalibus erectum eſt.

Jxtus papa.iiij.huiꝰ nõis: natiōe ligurꝰ patria ſaonenſis papa.226
ſ frāciſcus a ruere antea vocatꝰ: ordinis minoꝝ gn̄alis mi- An̄.chriſti
niſter: hoc anno paulo põti. repētino interitu ſublato idibꝫ 1471.
auguſti eidē ſurrogatus ſedit annis.xiij. vir certe ingenio tantus
q̄ꝫtū nr̄a tpa fuiſſet pcipue doctrinarū vigore: ꝛ ꝓpterea de potētia huiꝰ libroſ
dei ſcripſit. Librūqꝫ de ſanguine xpi de futuris ꝯtingētibꝫ. de cōce- ꝯmēorat
ptiōe bte marie ꝟginis ꝛ q̄dā alia ꝑpulchra. fuit nāqꝫ ante ponti-
ficatū ac etiā in ipſo põtificatu mitiſſime ꝯſuetudinis ac vite pietiſ
ſime: in pauperes religioſoſqꝫ maxime munificētiſſimꝰ: atqꝫ deuo
tus ꝛ affectꝰ quos oēs vno ordine amauit ꝛ fouit: ac ampliſſimis priuilegia
ꝑuilegijs ꝛ gratijs alijſqꝫ ſpūalibꝫ ꝛ tpalibꝫ beneficijs indeſinēter oibꝫ religi
adiuuit. Nā oēs mēdicātes religioſos ad emulatiōes euitādas in oſis ꝯceſſa

ꝓuilegijs ꝛ gratijs cenſuit eſſe equales. inde ī amicos ꝛ familiā io
cundus exiſtēs/etiā in delinquētes/clementē ꝛ modeſtū voluit no
minari. Principes eni̅ paupes ꝛ nobiles viros patria extores: p̄
ſertim paleologoꝝ filios boſneqꝫ reginā atqꝫ alios cōplurimos tur
co pulſos pecunijs adiuuare nō deſtitit: ꝛ rhodioꝝ milites ac Fer
dinādū regē a turcis vexatos mira ꝛ incredibili pietate ꝯfouit: et

Edificia eius

adiuuare fecit: vrbē Ro. cenoſam ꝛ incōpoſitā ac vetuſtate multiſ
in locis collabentē ꝛ deturpatā ꝓ poſſe in oībꝫ inſtaurare ſategit

Pontē vrbis fecit

ꝛ vias eius oēs cultiſſime ꝛ decentiſſime ſtrauit: pontē ſup tyberī
maxima impēſa extruxit: ꝛ a ſe Sixti pontē noīari voluit. alijs quoqꝫ
edificijs quaſi innumerabilibꝫ tū in vaticano/tū in vrbe leonina:

Cōditio vrbis rōane.

atqꝫ Ro. extruxit. qbus mirūinmodū aplicā ſedē exornare viſus ē
quas ob res ipe vrbis nou⁹ cōditor appellari merito potuit. edes
inſup pontificias multis in locis apud ſanctū petrū nō mō cultio
res/ſed cultiſſimaſ reddidit: Ubi etiā eccleſiā nouā ꝛ qdē ornatiſſi
mā fabricauit: ꝛ in ea nouos ſacerdotes cōſtituit: additis mltis ꝓ
uentibus ad ipoꝝ ſuſtentationem q diuia qtidie in ea ſuo noīe ce

Conditor hoſpitalis ſcti ſpirit⁹

lebrarēt. Hoſpitale ſancti ſpūs in vaticano ꝑmagnificū qſi de no
uo fabricari fecit: in quo ꝛ vite ſue ordinē depingi voluit. ꝛ cū bea
tiſſime virginis Marie deuotiſſimus eſſet: eccleſiā ſancte Marie

Eccl'a3 de pp'lo extruxit.

de pp'lo ſic nūcupatā qſi vetuſtate collapſā a fūdamētis magna
impenſa denuo erigere fecit: ꝛ ipam tandē ꝑfectā mltis muneribꝫ
decorauit: tū argēteis tū etiā aurēis: alias quoqꝫ ferme oēs vrbis ec
cleſias aut inſtaurauit: aut munerib⁹ decorauit: atqꝫ alia īnumera
tū ſpiritalia tum temporalia hic vrbi Romane contulit benficia.
Et vt breuib⁹ cōcludā: in ſuo pontificatu nil egit qđ merito rp̄hē
di poſſit: niſi ꝙ ꝛ ipe (vt fit) ſuos nimiū amauit: eis videlicꝫ diuia
ꝛ hūana ꝯtribuēs p̄ter dei ꝛ eccl'ie Ro. dignitatē atqꝫ honeſtatē: in
quē ſane errorē mlti ſupioꝝ pōtificū etiā cecidere: qđ ſatis deteſtā

Nepotes ſuos p̄fectos vrbis conſtituit.

dū ꝛ rep̄henſibile eſt. Duos eni̅ nepotes ſuos vrbis p̄fectos: vicꝫ
Leonardū Jo. ſucceſſiue conſtituit. māfredos immole vrbis regu
los: videlicꝫ patrē ꝛ filiū īter ſe diſſidētes. ꝛ poſtmodū ordelaphos
ſilr e Forliuio expulit: ꝛ ipas eoꝝ vrbes Hiero. Ryario conciui

Manfredoſ ꝛ ordelaphos regulos expulit.

ꝛ neceſſario ſuo chariſſimo cōceſſit: cuius quidē cōſilio arduis in
rebꝫ ſp vti voluit. Hic iubileū a paulo pōtifice prius ꝑ vniuerſum
xp̄ianū orbē inſtitutū honorifice ꝛ vl'r in anno. iiij. pōtificatus ſui
celebrauit: ꝛ beatū Bonauenturā theologū ordinis ſui in ſcōꝝ
cōfeſſorū numero aſſcripſit. Hic quedā bella iudicio mltoꝝ p̄t iu

Beatū bonauēturā3 canonizauit.

ſticiā ſuſcepit: ꝛ ī primis Laurentiū medicē florentinū excōicauit:
ꝛ ipis florētinis bellū indixit: eo ꝙ raphaelē diaconū cardinalē co
mitis Hieronymi Ryarij ex ſorore violētina nepotē: ac franciſcū
Saluiatū piſanū archiepm cū trecentis viris qui Julianū medi
cē ipi⁹ Laurētij medici fratrē in diuo reparate templo obtruncaue
rant: detinuiſſent ac ſuſpendio īteremiſſēt. q res cum huic pōtifici
ſixto nunciata fuiſſet: hortātibus Ferdinādo rege ꝛ Hiero. comi
te bellū contra Laurentium ipſum medicem ꝛ Florentinos ſuſce

pſt: ꝛ dāna multa eis intulit. Aliud poſtea aduerſus ferdinandū apulie regē ſuſcepit ꝙ nollet illū herculi eſtēſi genero ſuo a venetꝫ obſeſſo auxilio adeſſe: indeqꝫ cū ipſo ferdinādo pace cōfecta: ꝓ eo dē ꝯ venetos mutata ſnīa pugnā ſuſcepit: eo ꝙ veneti ipi nolētes eidē obtpare vt herculē obſeſſū dimitterēt: ac ablata ipi reſtituere Et ꝓpterea nō mō oēs italie pncipes ꝛ potentatus ꝯ eos cōcitauit ſed veluti clemens ſext⁹ alias effecerat: ipſos venetos īterdixit: excōmūicauit ac maledixit: atqꝫ etiā oībꝫ dignitatibꝫ eoſ ꝑuauit: nec quoad vixit illis abſolutōis bñficiū īpendere voluit. Dūqꝫ hec a gerenꝛ febꝛibꝫ ōcubuit: ꝛ pace inꝛ venetos ꝛ reliquos pncipes cōfecta ꝛ audita mox vitā exhalauit. Fuit nihilomin⁹ pōtifex hic inter ceteros optimus: ac pre omnibꝫ certe feliciſſim⁹ ꝛ fortunat⁹: ꝙ oēs xp̄ianos pncipes toto tpe ſui pontificat⁹ obſequētiſſimos habuit. Et quos voluit depſſit: ꝗs autē voluit ꝓ volūtate exaltauit: ſuis etem̄ vt pmiſſum ē/ ſine vlla ꝯdictione multa ac plurima ꝯtulit beneficia. Et ſi mltos habuit detractores: tn̄ vt verū fatear/ vir bon⁹ erat: ꝛ iuſt⁹ pōtifex fuit. Summa etem̄ inſtantia ꝛ alacritate aiaꝝ cuſtos extitit. Cupiditatē oīno a ſe reſecauit: iraſ ꝯpſſit: ꝛ malicias oēs extirpauit: ꝛ ꝟtutibꝫ ſemꝑ inheſit. Trigintaduos cardinales toto tpe ſui pontificat⁹ creauit. E quibꝫ tres fuerūt romani duo genuēſes: ꝛ qttuor ſaonenſes. inꝛ ꝗs Julian⁹ ſcti petri ad vincula ex fratre nepos fuit. Qui ipi⁹ corp⁹ maxima pōpa ꝛ deuotiſſimis exequijs vt decuit/ nouo ī tēplo ſeu ſacello apud ſctm̄ petrū in vaticano ſepeliri fecit. Hic etiā multa officia noua ꝛ īſtitutiōes feſtiuitatū veteribꝫ addidit. Et mltoꝝ ſctōꝝ feſta/ vicꝫ ſeraphici Frāciſci/ Cōceptiōis/ ꝛ Preſentationis gl'oſiſſime ꝟginis marie ſancte Anne matris eiuſdē: ſanctiſſimiqꝫ ioſeph ſpōſi ei⁹ celebrari iuſſit: ac multa alia ad cultū dei ꝑtinentia hic optim⁹ pontifex obſeruari mādauit. Quo mortuo vacauit ſedes dies. xv.

Venetos excoicauit

Hui⁹ bōitatē cōmemorat.

Triginta duos Cardiales creauit.

Feſta ab h pōtifice ordinata.

Innocētius papa. viij. ei⁹ noīs: patria genuēſis: pre aaron cyboꝝ mediocri familia/ ſed honorata natus: Johannes bāptiſta antea vocatus: poſt ſixtuꝫ pontificeꝫ ex cardinali pſbytero ſancte Cecilie/ hoc āno idibꝫ auguſti pontifex creat⁹: ſedit ānis. vij. ꝛ mē: xj. Hic inter ceteros cardinales cū paupior humilior qꝫ ac humanior certe haberet: ꝓpter ipſius humanitatē atqꝫ māſuetudinē pōtificū mun⁹ aſſequi meruit. ferebat etiā in rebꝫ gerendis prudētiſſimū ꝛ magnanimū atqꝫ cōſtantē: eo ꝙ ſenis ꝛ alibi legatiōis officio ꝑoptime funct⁹ fuiſſet: ꝛ magnā ſui regiminis ꝛ prudētie patribꝫ ſpē pſtitiſſet: fact⁹ deinde pontifex vt erat vir optimus eccleſiā dei ꝓ poſſe in pace cōtinere cōſtituit. Et merito qdē innocētius fuit appellat⁹: qꝛ ꝛ ſanctimonia ac animi magnitudie cū quouis optimo pōtifice cōferri potuiſſet: rerū diuinaꝝ maxime appetētiſſim⁹ munificuſqꝫ: ꝛ ꝗmaxime in paupes: vt veros decet pōtifices. Nihil erat qd illi meli⁹ pace cōmuni videreꝛ. Cū ei⁹ oīa cōſilia quietis forēt: nec tn̄ bellū diſſuadebat/ cū pro tutela eccleſiaſtice ditionis ſuſcipiendū foret. Sed arma nō propter victoriā/

papa. 22>
Anno xp̄i 1484.

Virtutes eius dicit

neq; ꝓpter iniuriā vindicandā ſumenda dicebat: ſed ꝓpter pacē ob
tinendā: finē vero belli nō rapinā aut gloriā: ſed quietē eſſe debere
Huius itaq; pontificatus ꝑ duos ānos infelix plurimū extitit: ⁊
multoꝝ bellorū plen⁹: Et qđ a principio multa cū inſtātia ab oīb⁹
potentatib⁹ expetiuit: difficillime tandē obtinuit: quibuſcunq; em̄
oratorib⁹ a principio ad p̄ſtandā eidem ex more obediētiā ad ſe ve
nientib⁹ ſummopere pacē ⁊ concordiā ſuadebat. Armaq; oīb⁹ de-
ponere p̄cipiebat. Sed inimic⁹ hō vt bōis ei⁹ deſiderijs obſiſteret
haud multo poſt in lāguorē maximū eū perduxit, ſtatim inter vrſi
nos ⁊ colūnēſes vrbis p̄mores magnū diſſidiū excitauit. Diu ete

Urſini et colūnēſes inimici

ni īter ip̄as potētiſſimas familias īmortale interceſſerat odiū: qđ
viuēte ſixto pōtifice ſopitū eſſe videbat. Sȝ eo pōtifice defūcto co-
lumnenſes ꝯ vrſinos arma ſūpſere: ⁊ multis eos incōmodis affe
cere: ac vniuerſaȝ vrbē ꝑturbauere. quas ob res multis ſceleratis
⁊ dānatis in ipſa ⁊ extra vrbe licentia peccandi conceſſa fuit. q̄ res
cū alijs ꝑmultis maximum animi dolorē pontifici optimo inflixit
indeq; pro eccleſie libertate ⁊ ipſius ſubditoruȝ tuitione: videlicet

Bellū cō-tra regē: ꝯditiōes pacis cū eo.

Aquile vrbis aliarūq; vrbiū ⁊ ꝓcerū magnū bellū licet inuit⁹ ꝯtra
Ferdinandū apulie regē ſuſcepit: ⁊ Robertū ſctī ſeuerinatē maxi-
ma cū īpenſa ꝯ ip̄m ducē cōduxit. Sed p⁹ varias depopulatiōes
⁊ vaſtatiōes atq; incēdia tandem rogatus pacē cū oīb⁹ facere vo-
luit: ea ſcȝ lege vt rex ipſe tributū eccl̄ie: qđ ſingulis annis pēdere
cōſueuerat: quodq; ſixtus pōtifex relaxauerat: de cetero pōtificib⁹
romanis integre ꝑſolueret. Atq; regni ꝓcerib⁹ cōtra ip̄m ferdinā
dū regē eiectis oīno ipſe rex parceret: atq; illū iureiurādo aſtrinxit
ne deinceps cōtra pontificē romanū arma mouerit: ⁊ pace cōficiē
da etiā diſſidia Urſinoꝝ ⁊ Colūnenſiū cōpoſuit. Quib⁹ ex rebus

Buchallinus oſimi princeps

magnā ſue virtutis ⁊ cōſtātie laudē reportauit. His ex ſententia
bene geſtis/etiā Buchallinū Oſmi principē ſeu tyrannū: q̄ cōtra
eccleſiā rebellauerat: ⁊ ad turcū defecerat: debellauit ac expugna-
uit: illūq; tandē captū/vinctū ad Ludouicū ſfortiā mediolanum
trāſmiſit: ⁊ oppidum ſibi ⁊ eccleſie ſubiecit. Multa deniq; hic op
timus pōtifex ⁊ circa pontificiā dignitatē remq; publicā xp̄ianam
necnō ⁊ amicoꝝ vtilitatē facere decreuerat: ſed ob tp̄is breuitateȝ
ſuāq; infirmitatē ac belloꝝ ⁊ epidimie ꝑturbationem nō adimple
re modo ſed nec incipere potuit. Hic cardiāles multos in toto ſuo
pontificatu creauit: inter quos (vt alios miſſos faciā) Antoniot⁹
palauacius vir profecto religioſiſſimus optimus vnus fuit. Hic

Sct⁹ heliopold⁹.

poſt beneficiū ſanitatis adeptū heliopoldū olim Auſtrie ducē iaȝ
diu defunctū: ob crebra ipſi⁹ miracula enarrata in ſctōꝝ cōfeſſorū

Venetos abſoluit

numero rogat⁹ aggregauit: venetoſq; ab īterdicto eccleſiaſtico ⁊
cenſura in eos a ſuo predeceſſore fulminata liberauit ⁊ abſoluit: ⁊
eoſdem ſibi confederatos ⁊ amicos effecit: beneficijs equideȝ quo
ad potuit ⁊ circa deū īprimis: amicoſq; ꝓ virib⁹ ſemꝑ fuit. Nā p⁹
corporis ſanitatē inter cetera pro gratiarūactiōe monaſterio ⁊ ec-
cleſie ſancte Marie de populo argenteam eccleſiaȝ miro artificio

elaboratã:cũ magna cleri populiqꝫ romani frequẽtia ipm ⁊ ꝓꝛijs manibus ſuꝑ altare obtulit:atqꝫ alia qbuſdã eccleſijs alijſqꝫ locis pijs munera ꝯdonauit. Quia aũt parẽtibꝰ ⁊ agnatis aliqđ beneficij ſignũ:niſi franciſco ⁊ theodorine filijs oſtendere minime potuit. Añ eñ pontificatũ ⁊ cardinalatũ:ſicut diuꝰ augꝰdũ in minoribus eſſet duos ex dãnato coitu ſuſcepat filios: videlicet Franciſcuꝫ filiũ ⁊ theodorinã feminã:quibꝫ nimio afficiebatꝛ amore. Ambos eñ ꝓ virili ſua enitebatꝛ magnos effcere. Unde in ꝑmis filiã honorato ⁊ illuſtri viro matrimonio cũ ingẽti dote collocauit:frãciſco aũt filio dilectiſſimo illuſtris laurentij medici florentini filiã coniugẽ dedit:eidẽqꝫ dũ moreretꝛ maxĩos theſauros de ꝯſenſu cardinaliũ dimiſit:quos nihilominꝰ ipe dũ adhuc pontifex pater ſuꝑ uiueret:furtim abſtulit: ⁊ florentiã ad patrẽ medicẽ ſororiũ tranſmiſit. fuit itaqꝫ ħ digniſſimꝰ põtifex oĩbus virtutibꝰ:q̃ in põtifice maximo reqruntꝛ:decoratꝰ ſanctitate: videlicet ⁊ iuſticia:atqꝫ prudentia:qppe q̃ ꝓpria virtute: ⁊ nõ aliquo fauore:nec fortuna ex humili loco ad id faſtigiũ euectus fuit:tanta eñ huiꝰ pontificis fuit gloria vt nulliꝰ laude creſcat:nulliuſue vitupatiõe decreſcat:nec plura de eiꝰ laude ob ingenij exiguitatẽ referẽda cẽſeo:deniqꝫ relicto apud oẽs chriſtianos ſui deſiderio moritꝛ: ⁊ apud ſanctũ petꝝ magna funeris pompa ſepelitur.

Lexander pa. eius noĩs .vj. natiõe hiſpanus: rhodoricus antea vocatus:ſancte romane eccľie archidiaconꝰ:caliꝛti olim pontificis ex fratre nepos:hoc anno. iiij. idus auguſti Innocẽtio pape ꝯſenſu põtifex ſuffectꝰ:ſedit annis. xj. ⁊ diebꝰ viij. Hic ex gente borgia nobiliſſima hyſpanarũ familia duxit originẽ:quẽ calixtus papa. iij. eius patruꝰ a puero educauit:inſtruxitqꝫ:atqꝫ ad huiꝰ dignitatꝭ gradũ ꝑpauit. vñ ⁊ litteris humanis pariter ⁊ diuinis a ꝑncipio ſũmope illum inſtituit: ⁊ erudiri curauit:in quibꝰ certe: vt erat acri ingenio adoleſcẽs ꝑſtantiſſimꝰ euaſit:quo factũ eſt vt in explicandis conſilijs optimã facundiam ab ipſa ſua adoleſcentia demõſtraret: q̃ꝓpter ⁊ in ipſa iuuenili etate cardineũ munꝰ:ac vice cãcellariatꝰ officiũ:ad qđ ꝓpe oẽs graues curie romane referuntꝛ expeditiões: vbi ⁊ maxima eccleſiaſticarũ rerũ referũtur moles eidẽ cõceſſit:in quo quidẽ officio:tãta cũ omni curialium beniuolentia:atqꝫ admiratiõe ſe exhibuit: vt tandeꝫ ad id faſtigiũ merito ꝑuenire meruerit:in quo quidẽ officio ꝑ q̃ttuor ⁊ q̃draginta ãnos maxima rerũ ꝑicula:atqꝫ naufragia ꝯſtanti animo maximũ expimentũ de ſe dedit:nulla equidẽ negociorum grauitas aut ro. eccľie ꝯditio:tpmqꝫ difficultas ꝯtigit vnq̃ꝫ quã i officio nõ fuerit expertꝰ:que ſuo nõ ceſſerit cõſilio. inito itaqꝫ pontificatu mox ab oĩbꝫ xpianis ꝑncipibꝰ ⁊ ꝑcipue italis:maxima põpa eſt ſalutatꝰ. Huic ideo ħ nomẽ magnũ decretũ fuiſſe arbitror: ꝗ eiꝰ regiꝰ, impꝛmis aſpectꝰ:ac celeſtis q̃dã in eo ſpẽs: vtriqꝫ ⁊ nomini ⁊ põtificatui apte ꝯueniret:ꝗ alexãdros oẽs:tũ põtifices:tũ reges exactos:põtificatũ ⁊ impiuꝫ feliciſſime geſſere: vt eoꝝ geſta

Pap. 228. ãno chriſti. 1492

Calixtꝰ papa patruꝰ

44. annis vice cãcellariꝰ ſtetit.

Duos cardinales ex ſuiſ creauit

feliciter demonſtrant: q̄ ſtatim ex ſuis vt moris eſt duos cardinales videlicet ioannē borgiā montiſregalis nūcupatū: ⁊ valentinū filī͛ borgiā creauit. quē quidē ioannē nepotē ſancte ſuſanne p̄ſbyterū cardinalē ex ſacri ſenatuſcōſulto legatū declaratū ſecūdo ſui pontificat⁹ anno neapolim cū ingēti p̄latorū ⁊ curialiū comitiua ad alphonſū nup̱ regē creatū inueſtiendū ⁊ coronandū miſit: q̄d ⁊ factū fuit multa cū ſolēnitate: ⁊ cerimoniaruꝫ omniū exactiſſima obſeruātia: quo facto fedus cū eo maxime ꝓpter aduentū karoli gallorū regis inījt: in q̄bꝫ duobꝫ vicꝫ pōtificis ⁊ alphonſi ſpes oīs ꝯ gallos relicta erat: eo tūc iulian⁹ a ruere ſancti petri ad vincula cardinalis: ſixti pape nepos: oſtie oppidi dn̄s Tyberim fluuiū iter clusit. Jam galloꝝ regis amicus ⁊ pontificis hoſtis effect⁹ ne cōmeatus in vrbē deueherētur: quāobrem ſtatim romani ad rerum omniū inopiā deuenere: pōtifex vero cū antea romanorū numero et virtute fretus ſecurus eſſe videret̄ appropinquāte gallorū rege adeo territus eſt vt vi illa ac magnitudine anī elangueſcēte ad oblatas regis quoqꝫ p̱ legatos ꝯditiones ꝓtinus deſcēderet: tū populus oīs ex ſūma triſticia in plauſum ⁊ leticiā ꝯuertit̄: pontifex inuitus regias copias que in auxiliū venerāt extra vrbē excludit: ipſe vero in arcē ſancti angeli ſe contulit formidinis plenus. karol⁹ kalendis ianuarijs cū vniuerſo exercitu rome excepto in palatio diui marci ſedem locauit. vbi cum pontifice cōpoſitis rebus inter mutuos complexus maclodienſem vnū ex baronibus regi cariſſimum mentite amicitie auctorem cardinalem deſignat: ſubiugata deinde rerū. q. dn̄a roma. q̄nto kl̄. februarias rex gallus roma diſceſſit: ⁊ inuito pōtifice zizimū imp̱atoris turcarū fratrē virum maxime virtutis ⁊ ſtrenui animi vt oīa in turcas moliri videretur ſecū abſtulit: eius cauſa pōtifex q̄draginta milia nūmū aureoruꝫ ſingulis annis data taxatione a fratre accipiebat: tradūtqꝫ eaꝫ ob cām hacten⁹ turcas extra italiā coercitos fuiſſe: qui paulopoſt negligentia regis rheumatiſmo morit̄ nō parua rei xp̄iane iactura: his cognitis alexander pōtifex ſibi timēs depoſita ſpe quā i romana turba rei militaris ex p̱te poſuerat: vrbe extrema inopia laborāte: Cognito karoli regis odio ac Ualentini cardinalis fuga inſtātem ruinā reformidās incerta ꝯſilia voluebat: ſtatuit ꝯuocato p̱atrū ꝯcilio de ſumma rerū deliberare in quo hec pauca elocutū accepimus. videtis inquit filij karolū gallorū regem italie magnaꝫ partem ſubegiſſe: ⁊ eā armis viriſqꝫ impleuiſſe a pōtificia ſede oppida vrbeſqꝫ ademiſſe. iam penit⁹ eccl̄iam euerſurum: videm⁹ enī ml̄tos ꝓditores: ml̄tos ſedis apoſtolice hoſtes cernitis: nemo noſtrum in reditu tut⁹ erit: hinc ꝑfecto mea ſn̄ia diſcedendū eſt. his dictis ꝯfuſe voces fuere alijs alia iudicātibꝫ: tandem viſum eſt in tanto rerum p̄lentium diſcrimine nutantes italie res principum poſſe federe cōtineri: ⁊ ad id Maximilianū romanoꝝ regem ferdinandū ⁊ eliſabet hyſpanie reges: Senatū venetū ac Ludouicum ſfortiā mediolanē. p̄ncipē idoneos eſſe. miſſis igit̄ legatis noua fe

Alphōſum coronauit regem.

Cardialis ad vincula hoſtis.

maclodienſis cardialis fit.

Zizim⁹ turcus morit̄.

Ualentin⁹ cardinalis

Uerba pōtificꝫ ad patres.

legatoſ ad principes mittit.

dera inter hos principes circiter Kal. aprilis icta fuerũt. At ſenatus Venetus ꝑ legatos ſuos adeo cõſtanṫ hoc fedus ſtabiliuit: vt ĩperiũ oĩe ꝓ italie ⁊ eccleſie ſalute facile expoſiturus eſſet. Regrediẽte aũt rege ex neapoli romã cuꝫ intellexiſſet alexander põtifex: mox cũ vniuerſo ꝯcilio. v. kal' iunias roma egreſſus: Hieronymo Beorgio equite veneto oratore ſuadente / militibꝫ quos venetus ſenatus ad ei⁹ tutelã pauloante miſerat circũſeptus in vrbẽ veterẽ ꝓmũ ſeceſſit. Deinde peruſia decreuerat Anconam adire: ⁊ venetias poſtremo nauigare ſi opus fuiſſet. Reuerſo deniqꝫ ĩ galliã Karolo rege: ⁊ ibidẽ haud multo poſt defuncto: ac Ludouico aurilianenſi eidẽ regi ſurrogato: Alexander priſtina formidĩe liberatus plurima meditari cepit: ⁊ ea quide ꝑmaxima: que in p̃ſẽs vſqꝫ ad votũ ꝑ oĩa eidẽ ſucceſſere. Nã ludouico vicecomite mediolanẽſium duce captiuato in gallijs vinctũ abducto: ⁊ eius imperiũ ad gallos ꝑducto: necnõ ⁊ parthenopeũ regnũ cũ galli denuo vendicaſſent: hic ſapientiſſim⁹ pontifex cũ francoꝝ rege ⁊ venetis noua ꝑculſit federa. Quibꝫ cõfectis exercit⁹ magnos cõgregauit: ⁊ valentinũ borgiã virũ impigerrimũ eiſdẽ ducẽ ⁊ imperatorẽ prefecit Qui dũ cõgregatis omnibꝫ copijs / primo cũ omni cura cõtra katherinã vicecomitẽ hieronymi ryarij comitꝫ relictã principẽ expeditionẽ aſſumpſit: ⁊ cum legionibꝫ tandẽ imolaꝫ ciuitatem deuenit. Quã penes katherina in nullo ꝑterrita cuꝫ ſuo exercitu cõſederat expugnauit. Ubi cũ valentiniana virtus videreṫ ſupior: Katherina virago relicta Jmola valentin⁹ cũ ſuis forliuiuꝫ ſeſe recepit: in q̃ e veſtigio ab auctore obſeſſa fuit: quã cũ aliquãdiu oppugnaſſet ⁊ mira ſolertia ſe defenderet in magnã penuriã rerũ oportunarũ deducta eſt. Uerũ tandẽ cũ virib⁹ põtificis obſiſtere katherina nõ poſſet: armorũ vi poſt captã ciuitatẽ ⁊ arce tormẽtoꝝ ictib⁹ lacerata ab valentino capta ẽ: atqꝫ ipſa katherina captiuata romam miſſa: pontifici viua p̃ſentata ẽ. Ex quo põtifex ipſe nõ aliter q̃ꝫ ſi ꝑmaximũ ſuperaſſet ducem gloriat⁹. His geſtis bellũ ꝯtra fauentiam munitiſſimã Manfredoꝝ vrbẽ mouit quã demum poſt mltas oppugnatiões cum magna ſuorũ militũ cede obtinuit: Que tandẽ in venetorũ manus deuenit: ⁊ haſtorẽ puerũ vrbis ꝓncipẽ vltro ſeſe oblatũ romã ad patrẽ põtificẽ in triũphi modũ ꝑduxit. His facinoribꝫ tã egregie tãqꝫ ſtrenue a valẽtino ꝯfectis pontifex in admiratiõẽ ſui abduct⁹ imo ſtupefact⁹ ipm ꝓtinus cũ auctoritate ap'lica ducali dignitate inſigniuit: illũqꝫ ciuitatũ earũdeꝫ atqꝫ aliarũ ditionis eccleſiaſtice vrbium ꝓncipẽ declarauit: Deiecit itaqꝫ regulos oẽs quos p̃deceſſores ſui pontifices: maxĩe clemẽs vj. annis cẽtũ elapſis in vrbib⁹ flaminie: ⁊ vmbrie vicarios eccleſie inſtituerat: videlicet Manfredos: Ordelaphos: Malateſtas Feltranos: ⁊ Uareanos ⁊ eoꝝ ciuitatum valentinũ borgiam iam ducem ⁊ titulo ducatus decoratũ principẽ inſtituit. Hic etſi multas pecunias in bellicis ſũptibꝫ atqꝫ in dotanda lucretia filia quã copulauit matrimonio Alphonſo Eſtenſi ferarie duci ſplendide

Hieronym⁹ georgius eques ⁊ orator

Ludouic⁹ ſfortia capitur.

Katherina forliuij domina capiṫ
Ualentin⁹ fauentiam cepit

Ualentin⁹ creaṫ dux

erogauerit:nihilominꝰ ꝛ in municula ſancti angeli arce: quã mu
nitiſſimã vltra modũ ingenti ĩpẽſa reddidit ꝛ in exornãdo diue ma
Edificia ipſius com memorat. rie maioris vrbis templo celũ eius incredibili pulchritudine inau
rando: vias quoqꝫ publicas leonine vrbis ſternendo : atqꝫ alia et
alia in vrbe edificia inſtaurãdo plurimas pecunias nunc vſqꝫ ero
gauit. Multos etiã cardiales hucuſqꝫ creauit: inter quos fuerũt
duo veneti Dominicꝰ Grimanꝰ: ꝛ Marcus Cornelꝰ : iubileũqꝫ
ꝑ vniuerſum xpianũ orbẽ a ꝑdeceſſoribus ſuis inſtitutũ: in anno
ſalutis milleſimo quingenteſimo honorifice celebrauit. Tandem
poſt multa bella in italia ac in vrbe geña : decimooctauo die men
ſis Auguſti veneno perijt. Et apud ſanctũ petrum vt decet ponti
ficem/magna funeris pompa ſepelitur. Quo mortuo vacauit pa
patus menſe vno ꝛ diebus quinqꝫ.

Papa 229. Anno xpi 1503

p Ius papa tertiꝰ huiꝰ noĩs natione Ethruſcus: patria Se
nenſis/nepos pij ſecũdi : Frãciſcus picolomineꝰ antea vo
catus: hoc anno decimo Kal'. octobris alexandro pontifi
ci ſuffectꝰ: ſedit dieb' tm̃ vigintiſeptẽ. Hic vir tante modeſtie ꝛ ĩte
gritatis fuit: vt oĩm fere conſenſu pontifex creatus ſit. Et ꝓpterea
nulla iniuria affectꝰ aut ignominia notatus fuit: ꝓpter tꝑis breui
tatem: qui tandẽ moriens q̃ntodecimo kal' nouẽbris in beati petri
baſilica ſepelit'. Quo mortuo vacauit ſedes dieb'. xiiij.

Papa 230 An. chriſti 1503

i Julius papa ſecundus huiꝰ noĩs: natiõe Ligurus: patria
Saonẽſis: Julianꝰ a ruere antea vocatꝰ: Sixti olim q̃r
ti põtificis ex fratre nepos: Hoc ãno milleſimo q̃ngenteſi
motertio: pridie kal'. nouembris ex preſ bytero cardinali tituli ſan
cti petri ad vincula: poſt piũ tertiũ pontificẽ creatꝰ ẽ pontifex. ſe
dit autẽ vſqꝫ in ꝑſentiarũ ãno vno: ꝛ menſes. ij. ꝛ dieb'. xxiij. Uir
certe bonꝰ ꝛ tanto principatu digniſſimꝰ. qui pontificatu ſuſcepto
oĩa que ad religionis chriſtiane dignitatẽ pertinere arbitrabat' cu
rioſo circumſpexit animo. Maximeqꝫ circa eccleſie ꝑtinẽtia mira
vſus eſt pietate: ſi prudentiã/ſapientiã/ cõſiliũqꝫ quo plurimũ va
leat inſpicias. Juſticia ꝟo atqꝫ clementia ita inſignis habetur: vt
difficile iudicet' qua in re maiorẽ ꝓmereat' laudẽ. Fuit eñ bonarũ
litterarũ ſcientiſſimꝰ: ac viroꝝ doctoꝝ obſeruãtiſſimus: quos vn
diqꝫ ꝑquiſiuit: eos q̃ꝫ ſemꝑ/ vbicũqꝫ ꝛ pecũia ꝛ beneficijs mirifice
iuuit ac fouit. Tali nãqꝫ põtifice indigebat eccleſia dei: q̃ petri na
uiculã vitioꝝ fluctib' diu acriter quaſſatã/redigere in portũ ſalu
tis ſciret ꝛ poſſet. Quẽ ſperamus diui petri apl'oꝝ principis veſti
gia eſſe imitaturum.

Johãnis ſtelle ſacerdotis veneti opus de vitis Pontificũ ſumma
cũ diligẽtia reuiſum atqꝫ correctũ tẽpore ſanctiſſimi in xpo patris
ꝛ dñi/dñi Julij diuina prouidentia pape ſecundi: Impreſſũ Ba
ſilee ꝑ Michaelẽ Furter inibi ciuẽ: Anno Chriſti milleſimo quin
genteſimoſeptimo ꝑdie Kal'. Septemb.

1507

Johānes ſtella venetus: diue Marie formoſe ſacerdos: Antonio Suriano Patriarche Venetiaꝝ reuerēdiſſimo. S. P. D.

Poſteaꝙ opus de Pōtificū vitis nuper a me confectum illudqꝫ tandē diuino auſpitio editum. R. preſul Dñico Grimano. S. Marci Cardinali digniſſimo dedicare decreui: Viſus ſum ob tuas etiam imortales virtutes ꝓ quibus ſemꝑ te vt patrē incredibili amore cōplexꝰ ſū: de his noſtris lucubratiōibus qualeſcūqꝫ ſint te participem facere. Nō quidem vt idoneū me exiſtimarē: ſed vt ceteri oēs intelligerent amoris erga te mei tantā fuiſſe vim: ꝙ nūꝙ tibi negare poſſem. Ex ſtili autem huiꝰ noſtri opis varietate admirabiꝛ fortaſſe tua. R. D. nec nō ⁊ ceteri dicētes: vbi nā hec ſermonū diſparitas: pro qua etiam ab eruditis veniā reprehendendꝰ. ad quos ego: quia nō eadē ſemꝑ mihi inſcribendo fuit voluntas: atqꝫ ꝙ multa ex aliis ad ꝟbum excerpſerim: pluris hiſtorie veritatē faciēs: ꝙ̄ verborū elegātiam. Ea eñ verba mea: ⁊ ſi eruditis videbunꝛ inepta: ſpero nihil ominꝰ ſi cū matura diſcuſſione fuerint examīata: nō paruum fructum ſe percepturos. Fateor quidem atqꝫ deū meū teſtor me non falſa ꝓpoſuiſſe. Cum nil tam contrariū ſit hiſtorie ꝙ̄ mēdacium: Nuge in fabulis: in hiſtoriis vera: ⁊ ſeries ſummopere ab omnibꝫ querenda eſt. Demū. R. D. tue innoteſcat me de induſtria plura ꝑtermiſiſſe ꝑicula vndiqꝫ ꝑ̄cauentem: maxime in his nouiſſimis temporibus geſta: que ſine quorundā nota ſcribi non potuiſſent: potiſſimū cum ꝑ̄ſentia diſcrimina ſcriptores elangueſcere plerūqꝫ faciant. Cū ſint plurimi qui veritatem equo aīo audire nolint: poſteris aūt cetera ſunt relinquenda: qui aptius ſine metu ⁊ nota ſuas hiſtorias ſcribere poterūt. Noſtra igitur ſimplicitate contenti has Ephemerides contractius expeditiuſqꝫ conſcripſimus et ea quidem non tā diligenter ꝙ̄ libenter efficere curauimus: ne mirabilia noſtris temporibus in italia geſta: noſtra negligentia poſteritati ſupprimerenꝛ. Ea itaqꝫ qualiacūqꝫ ſint: hilari fronte ſuſcipere nō dedignaberis: Nam nihil tam paruum cuditur qđ gloriam aliquam nō pariat: me. R. D. tue humiliter commendo. Vale. xj. kalendas Februarias.

aanw. 7/1932 E.v.H.

DIa
3050G